SIGNATURA: I 247

FAC REDUC..

14,8 X

I - 247

MNIS HOMINES QVI SE SE
ſtudent præſtare cæteris animantibus:
ſumma ope niti decet ne uitam ſilẽtio
trãſeãt .ueluti pecora :quæ natura pro
na atq; uentri obediẽtia finxit.Sed no
ſtra ōnis uis :in animo & corpore ſita
eſt .Animi īperio corporis ſeruitio ma
gis utimur . Alterum nobis cum diis :
alterũ cum beluis comune eſt .Quo mihi rectius eſſe uidetur
ingenii quã uirũ opibus gloriã quærere .Et quoniã uita ipſa
qua fruimur breuis eſt memoriã noſtri quã maxime lōgam
efficere .Nã diuiciarũ & formæ gloria fluxa atq; fragilis eſt.
Virtus clara æternaq; habetur Sed diu magnũ īter mortales
certamẽ fuit .ui ne corporis an uirtute animi res militaris ma
gis procederet . Nam & priuſquam incipias conſulto:& ubi
conſulueris mature facto opus eſt .Ita utrũq; per ſe indigens
alterũ alterius auxilio eget .Igitur initio reges nam in terris
nomẽ imperii id fuit primũ : diuerſi pars ingeniũ alii corpus
exercebãt .Etiã tunc uita hominũ ſine cupiditate agitabatur .
Sua cuiq; ſatis placebant .Poſtea uero quia in Aſia Cyrus in
grætia lacedemõii & athenienſes coepere urbes atq; nationes
ſubigere libidine dominãdi cauſam belli habere .Maximam
gloriã ī maximo imperio putare . Tum demum periculo atq;
negociis cõpertum eſt ī bello plurimũ ingeniũ poſſe . Quod
ſi regum atq; īperatorum animi uirtus in pace ita ut inbello
ualeret æquabilius atq; conſtãtius ſeſe res humanæ haberẽt .
.Neq; aliud alio ferri :neq; mutari :ac miſceri omĩa cerneres .
Nam īperium facile his artibus retinetur quibus initio partũ
eſt .Verũ ubi pro labore .deſidia: pro cõtinẽtia & æquitate
libido atq; ſuperbia īuaſere :fortuna ſimul īmutatur cũ mo-
bus :Ita imperium ſemper ad optimũ quẽque animus bono
transfertur .Quæ homines arant nauigant ædificant: uirtuti

N°21.219



omnia parent.Sed multi mortales dediti uentri atq; somno indocti incultiq; uitã sicuti peregrinantes transiere.Quibus profecto contra naturã corpus uoluptati anima oneri fuit. Eorũ ego uitã mortẽq; iuxta æstimo.quoniã de utraq; silet tur .Verũ enimuero is demũ mihi uiuere atq; frui anima uidetur qui aliquo negotio ītẽtus præclari facinoris :aut artis bonæ famã quærit.Sed ī magna copia rerũ aliud alii natura iter ostendit .Pulchrũ est benefacere rei.p .Etiã benedicere haud absurdũ est :uel bello uel pace clarũ fieri licet.& qui fecere & qui facta aliorũ scripsere.multi laudãtur .At mihi quidẽ tam & si haud quaquã par gloria sequatur scriptorẽ & auctorẽ rerũ :tamẽ in primis arduũ uidetur mihi res gestas scribere .Primũ quod facta dictis exæquanda sunt. Deinde quia plæriq; delicta quæ reprehenderis :maliuolẽtia & īuidia dicta putãt . Vbi de magna uirtute atq; gloria bonorum memores .quæ sibi quisq; facilia factu putat æquo animo accipit.Supra ea ueluti ficta pro falsis ducit. Sed ego adolescẽtulus initio sicuti plæriq; mortaliũ a studio litterali ad R . P. delatus sũ : ibiq; mihi multa aduersa fuere .Nã pro pudore:pro abstinentia:pro uirtute & æquitate: audatia:largitio :auaritia uigebãt . Quæ tametsi animus meus asperna batur :insolẽs malarũ artiũ tamẽ inter tanta uitia imbecilla ætas ãbitione corupta tenebatur . Ac me cũ areliquis malis moribus dissentirẽ:nihilominus honoris cupido eadem quæ cæteros fama:atq; īuidia uexabat. Igitur ubi anīus ex multis miseriis:atq; periculis requieuit. & mihi reliquã ætatẽ a .R. P .procul habendã decreui : non fuit consiliũ socordia atq; desidia bonum otiũ conterere . Neq; uero agrũ colendo aut uenãdo seruilibus officiis intentũ ætatem agere . Sed a quo incepto studio me ambitio mala detinuerat eodẽ regressus: statui res gestas populi romani carptī ut quæque memoria digna uidebãtur perscribere:eo magis mihi quod a spe metu partibus.R .P .animus liber erat .De Catiline igitur cõiuratiõe quãuerissime potero paucis absoluã .Nã id facius in primis ego mẽorabile existio :sceleris atq; periculi nouitate. de cuius hominis moribus pauca prius explanãda sunt : quã initiũ narrãdi faciam.

Vcius Catilina nobili genere natus fuit :magna uianimi & corporis.sed īgẽio malo prauoq; :huic ab adolescẽtia bella itestīa :cædes :rapinæ :discordia ciuilis grata fuere . Ibiq; iuuẽtutẽ suã exercuit .Corpus paciẽs inediæ :algoris :uigiliæ :supra quã cuiquã credibile est . Animus audax:subdolus:uarius:cuiuslibet rei simulator ac dissimulator.alieni appetẽs :sui profusus:ardẽs in cupiditatibus. satis eloquenciæ : sapientiæ parũ .Vastus animus :īmoderata incredibilia nimis semper alta cupiebat .Hunc post dominationẽ Lucii Syllæ libido maxima inuaserat .R .P capiũdæ: neq; id cõsilium quibus modis assequeretur :dũ pararet sibi regnũ quicquã pensi habebat . Agitabatur magis magisq; īdies animus ferox : inopia rei familiaris : & conscīa scelerũ . Quæ utraq; his artibus auxerat quas supra memoraui . Incitabant præterea corrupti mores ciuitatis quos pessima:ac diuersa inter se mala:luxuria atq; auaritia uexabant .Res ipsa hortari me uidetur:quoniã de moribus ciuitatis tẽpus admonuit supra repetere ac paucis instituta maiorũ: domi:miliciæq; qũo . R . P .habuerint:quantãq; reliquerit:ut paulatī immutata ex pulcherrīa atq; optīa pessima: atq; flagitiosissima facta sit disserere.Vrbẽ romã sicuti ego accepi cõdidere atq; habuere īitio troiani.qui ænea duce profugi sedibus īcertis uagabãtur. Cũq; his aborigines gẽus hominũ agreste:sine legibus:sine īperio:liberũ atq; solutũ . Hii postquã ī una moenia cõuenere dispari genere dissimili līgua alii alio more uiuentes īcredibile mẽoratu est quã facile coaluerīt . Sed postquã res eorũ ciuilibus moribus agris aucta satis prospera satisq;

pollens uidebatur ſicuti plæraq; mortalium habētur inuidia
ex opulētia orta eſt. Igitur reges populiq; finitimi bello ten
tare:pauci ex amicis auxilio eſſe. Nam cæteri metu perculſi
a periculis aberāt.At romani domi:miliciæq; intenti feſtiare:
parare:alius aliū hortari:hoſtibus obuiā ire.libertatē: patriā:
parenteſq; armis tegere. Poſt ubi pericula uirtute propule
rant: ſociis atq; amicis auxilia portabāt:magiſq; dandis quā
accipiendis beneficiis amicitias parabāt. Imperiū legitimum
nomen imperii regiū habebant. Delecti quibus corpus ānis
infirmum:ingeniū ualidum ſapientia erat.R.P.cōſultabāt:
hii uel ætate uel curæ ſimilitudine patres appellabātur.Poſt
ubi imperiū regium quod initio conſeruandæ libertatis atq;
augēdæ.R.P.cōſtitutū fuerat cauſa:in ſuperbiā doīatōnēq;
ſe conuertit immutato more annua imperia binoſq; impera
tores ſibi fecere: Eoque mō minime poſſe putabāt per licen
tiam inſoleſcere animū humanū. Sed ea tempeſtate coepere
ſe quiſq; magis extollere magiſq;:īgeniū in promtū habere.
Nam regibus boni quam mali ſuſpectiores ſunt: ſemperq;
his aliena uirtus formidoloſa eſt. Sed ciuitas incredibile me
moratu eſt.Adepta libertate quantū breui tempore creuit:
tanta cupido gloriæ inceſſerat.Iam primum iuuentus ſimul
laboris ac belli patiēs erat.In caſtris per laborē & uſu militiā
diſcebat.Magiſq; īdecoris armis & militaribus equis quā
inſcortis atq; in conuiuiis libidinē habebant.Igitur talibus
uiris non labor inſolitus:non locus ullus aſper:aut arduus
erat:nō armatus hoſtis formidoloſus: Virtus ōnia dōuerat.
Sed gloriæ certamen inter ipſos maximum erat.Sic quiſq;
hoſtem ferire:murū aſcendere:ab aliis cōſpici dū tale facius
faceret properare;eas diuitias eſſe bōam famā magnam que
nobilitatem putabant.Laudis auidi: pecuniæ liberales erāt.
Gloriam ingentem diuitias honeſtas uolebant. Memorare
poſſem quibus ī locis maxīas hoſtiū copias populus rōanus
parua manu fuderit.quas urbes natura munitas pugnando
cæperit:ni ea res longius nos ab incepto traheret. Sed pro
fecto fortuna in omni re dōinatur.Ea res cūctas ex libidine
magis quam ex uero celebrat:obſcuratq;.

theniēſium res geſtæ ſicuti ego exiſtio ſatis amplæ
magnificæq; fuere: Verū aliquāto mīores tāen quā
fama ferūtur.Sed quia prouenere ibi magna ſcrip
torum ingenia:per terrarū orbem Athenienſium facta pro
maximis celebrātur. Ita eorū qui ea fecere:uirtus tāta habe
tur: quātū ea uerbis potuere extollere præclara ſcriptorū in
genia.Sed populo romano nunquā ea copia ſcriptorū fuit.
quia quiſq; prudentiſſimus maxīe negocioſus erat. Ingeniū
nēo ſine corpore exercebat.optīus quiſque facere quā dicere.
& ſua ab aliis bene facta laudari:quā ipſe aliorū facta narrare
malebat. Igitur domi miliciæq; boni mores celebrabantur.
Cōcordia maxīa:minīa auaritia inter ipſos erat.Ius bonūq;
apud eos non legibus magis quā natura ualebat. Iurgia:di
ſcordias: ſimultates cū hoſtibus exercebant:ciues cū ciuibus
de uirtute certabāt. In ſuppliciis deorū magnifici.dōi parci.
in āicos fideles erāt.Duabus his artibus: audacia ibello.ubi
pax euenerat æquitate:ſeq; rēq;.p.curabāt. Quarū rerū ego
maxīa docūenta hæc habeo. q; ī bello ſæpius uīdicatū eſt ine
os:qui cōtra īperiū ī hoſtē pugnauerāt:quiq; tardius reuoca
ti a proelio exceſſerāt: quā qui ſigna reliquerant. aut pulſi
loco cedere auſi erāt. In pace uero beneficiis magis quā me
tu īperiū agitabāt.& accepta iiuria ignoſcere quā perſequi
malebāt.Sed ubi labor atq; īduſtria. R.P.creuit Reges ma
gni bello domiti.nationes feræ: & populi īgētes ui ſubacti
ſūt.Carthago æmula īperii rōani a ſtirpe īteriit:cūcta maria
terræq; patebāt. ſcæuire tūc fortuna: ac miſcere oīa coepit.
Qui labores pericula dubias atq; aſperas res facile toleraue
rant:his otiū:diuitiæq; optandæ aliis oneri miſeriæq; fuere.

Igitur primo pecuniæ . deinde imperii cupido creuit .Ea q̃ quasi materies ōnium malorum fuere .Nāq̃ auaritia .fidē. probitatē :ceterasq̃ bonas artes subuertit Pro his superbiā. crudelitatem .deos negligere.omnia uenalia habere edocuit. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit . Aliud clausum ī pectore .aliud in lingua promtū habere.Amicitias:inimicitiasq̃ nō ex re: sed ex comodo existiare. magisq̃ multū quam ingenium bonū habere . Hæc primo paulatī crescere. paulatī uindicari .Post ubi cōtagio quasi pestilētia inuasit: Ciuitas īmutata est.īperium exiustissimo atq̃ optīo:crudele intolerandumq̃ factum est . Sed primo magis ambitio quā auaritia āimos hōinum exercebat . quod tamē uitiū propius uirtuti erat . Nā gloriā . honorē. imperiū bonus & ignauus æque sibi exoptant .Sed ille uera uia nititur.huic :quia bōæ artes desunt :dolis atq̃ fallaciis contendit . auaritia studium pecuniæ habet :quam nemo sapiens concupiuit . ea res quasi uenenis malis imbuta : corpus aīmūq̃ uirilem effæminat. sēper īfinita .īsatiabilisq̃ est : Neq̃ copia :neq̃ īopia minuitur .Sed postquam Lutius silla armis recepta. R.P.ex bōis īiciis malos euētus habuit :rapere ōnes .trahere domū alius alius agros cupere. neq̃ modū: neq̃ modestiā uictores habere.fæda.crudeliaq̃ in Ciuis facinora facere.Huc accedebat:q̃ Lutius silla exercitū :quē in Asia ductauerat : quo sibi fidū faceret :contra morem maiorū luxuriose nimisq̃ liberaliter habuerat .loca amena.uoluptariaq̃ facile inotio feroces aīos militū molliuerāt.Ibi primū insueuit exercitus.Po .Ro amare . potare. Signa.tabulas pictas.uasa celata mirari . eaq̃ priuatim. Publicæq̃ rapere. delubra spoliare . sacra profanaq̃ omnia polluere .Igitur hi milites postquā uictoriam adepti sunt :nihil reliqui uictis fecere . Quippe secunde res sapiētū animos fatigāt:ne dū illi corruptis moribus uictorie tēperarēt . Postquā diuitiæ honori esse coepere: & eas glia.īperiū

potētia sequebatur . uirtus hebescere :paupertas pro probro haberi . innocentia pro maliuolentia duci cæpit . Igitur ubi exdiuitiis iuuētutē luxuria atq̃ auaritia cū superbia īuasere. rapere :cōsumere :sua paruipendere :aliena cupere:pudorē: pudicitiam .diuina atq̃ humana promiscua nihil pensi neq̃ quicquam moderati habere .

perepretium est : cū domos atq̃ uillas cognoueris
o in urbium modum adificatas. uisere tēpla deorū :
quæ nostri maiores religiosissimi mortales fecere.

Verum illi delubra deorum pietate . & domos suas gloria decorabāt.Neq̃ uictis eripiebant quicquam : præter iniuriæ licentiam . At hii cōtra ignauissimi homines per summum scelus omnia ea sociis adimere : quæ fortissimi uiri uictores hostibus reliquerāt .proinde quasi iniuriā facere : id demū esset imperio uti .Nam quid ea memorem :quæ nisi his qui uidere :nemini credibilia sūt:a priuatis cōpluribus subuersos mōtes : maria cōstrata esse : quibus mihi uidētur fuisse ludibrio diuitiæ :quippe quas honeste habere licebat :abuti perturpitudinē properabāt . Sed libido stupri : ganeæ :ceteriq̃ cultus nō minor incesserat : uiros pati muliebria : mulieres pudicitiā in propatulo habere .Vescendi causa :terra :mariq̃ omnia exquirere . dormire priusquā somni cupido esset :nō famem .nō sitim : neq̃ frigus :neq̃ lassitudinē ullā operiri. Sed ea omnia luxu antecapere .Hæc omnia iuuentutem ubi familiares opes defecerant :ad facinera incendebant .Anius imbutus malis artibus haud facile libidinibus carebat . Eo profusius ōnibus modis questui atq̃ sumptui deditus erat . In tanta itaq̃ & tam corrupta ciuitate : Catilina existimans id quod erat facilimum factu :omnium flagitiosorū & facinorosorū circū se tanquā stipatorum cataruas habebat . Nā quicūq̃ īpudicus : adulter:ganeo : alea manu uentre : pene bona patria lacerauerat:quicūq̃ alienū æs grāde cōflauerat:

quo flagitiū aut facinus redimeret. Præterea omnes undiq; parricidæ. sacrilegi: conuicti iudiciis: aut pro factis iuditiū timētes. ad hoc quos manus atq; ligua periurio aut sanguīe ciuili alebat. Postremo omnes quos flagitiū: egestas cōscius aīmus exagitabat: hii Catilinæ proximi & familiares erant. Quod si quis etiā uacuus a culpa in amicitiā eius inciderat: quottidiāo usu atq; illecebris: facile par similisq; cæteris effi ciebatur. Sed maxīe appetebat adolescentiū familiaritates. eorum animi molles & ætate fluxi: dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiusq; studium ex ætate flagrabat: aliis scorta præbere: aliis canes: atq; equos mercari: postrēo neq; sumptui: neq; modestiæ suæ parcere: dū illos obnoxios fidosq; sibi faceret. Scio fuisse nōnullos: qui ita existimarēt iuuētutē: quæ domū Catiliæ frequētabat: parū honeste pudi citiā habuisse: sed ex aliis rebus magis quā q; cuiquā id fo ret conpertum: hæc fama ualebat. Iam primum Catilina adolescens multa nefanda stupra fecerat cum uirgine no bili. cum sacerdote deæ uestæ: aliaq; huiusmodi contra ius fasq;. Postremum captus amore aureliæ orestillæ: cuius præter formam nihil unquam laudauit bonus: quod ea nubere illi dubitabat: timens priuignum adultum ætate: procerto creditur necato filio uacuā domū scelestis nupciis fecisse. Quæ quidem res mihi īprimis uidetur fuisse causa facinoris maturādi. Nāq; animus īpurus diis: hominibusq; infestus: neq; uigiliis neq; quietibus sedari poterat: ita con scientia mentē excitā uastabat. Igitur color eius exsanguis: fadi oculi: citus modo: mō tardus incessus: prorsus īfacie uultuq; uecordia inerat. Sed iuuētutē quā: ut supra dixīus: illexerat: multis modis mala faciora edocebat. Ex illis testes signatoresq; falsos comodare: fidē: fortunas pericula uilia habere. Post ubi famā eorū atque pudorem attriuerat: ma iora alia īparabat. Si causa peccādi īpræsēs mīus suppetebat nihilomīus īsontes sicuti sontes circumuēire iugulare silicet ne per otiū torpesceret manus aut animus: gratuito potius malus atque crudelis erat.

Is amicis sociisq; cōfisus Catilīa: simulq; æs alienū
h per ōnes terras īgēs erat: & quod plærique syllani
milites largius suo usi: rapiarū & uictoriæ ueteris
mēores ciuile bellū exoptabāt opprimendæ. R. P. cōsiliū coepit. In italia nullus exercitus erat. Gn. Pompeius in ex tremis terris bellum gerebat. Ipsi consulatū petēdi magna spes. Senatus nihil sane ītentus: tute tranquilleq; res ōnes. Sed ea ōnia prorsus opportūa Catilinæ erāt. Igitur circiter. calendas. Iunias. L. cæsare & G. figulo consulibus: primo singulos appellare: hortari alios: alios tentare: opes suas: im paratā. R. P. magna præmia cōiuratiōis docere: Vbi satis explorata sunt quæ uoluit: in unū omnes conuocat: quibus maxima necessitudo & plurimū audaciæ inerat: eo cōuenere. senatorii ordinis P. lentulus sura. P. antronius. L. cassius longinus. G. cetheg. P. seruus syllæ: seruii filius. L. uargun teius. Q. animus. M. porcius lecca. L. bestia. Q. curius. Præterea ex equestri ordīe. M. fuluius nobilior. L. statilius. P. gabinius capito: G. Cornelius. Ad hoc multi ex coloniis & municipiis: qui domi & militiæ nobiles erant. Præterea complures paulo occultius consilii huiuscemodi participes nobiles: quos magis spes domīationis hortabatur: quā īopia: aut alia necessitudo. Certum iuuentus pleraq; sed maxime nobilium Catilinæ incæptis fauebat. Quibus in otio uel magnifice uel molliter uiuere copia erat. īcerta pro certis. bellum quam pacē malebant. Fuere ea tempestate item qui crederent. M. liciniū crassum nō ignarū eius cōsilii fuisse: quia. G. P. inuisus ipsi magnū exercitum ductabat: cuius uis opes uoluisse cōtra illius potētiā crescere: simul cōfisum si coniuratio ualuisset: facile apud illos principē se fore. Sed

antea itē pauci coniurauere contra .R . P .i quibus Catilina fuit .de qua quāuerissime potero dicam . L . tullio & .M . lepido consulibus .P.antronius .P .sylla designati consules: legibus ābitus iterrogati poenas dederāt . Post paulo Catilina pecuniarū repetundarū reus : prohibitus erat consulatū petere :quod intra legitios dies profiteri nequiuerat . Erat. Gn . piso eodē tēpore adolescens nobilis : summæ audatiæ : egens : factiosus . Quem ad perturbandā .R .P . iopia atq; mali mores stimulabant . Cum hoc Catilina & Antronius circiter nonas decēbris cōsilio cōmunicato : parabāt in capitolio: kalendas . Ian .L .coctā & .L .torquatū cōsules interficere: Ipsi correptis fascibus pisonē cū exercitu ad obtinēdas duas hispanias mittere. Ea re cognita rursus in nonas februarias consilium cædis transtulerāt . & iam tūc nō cōsulibus modo:sed plæriscq; senatoribus perniciem machinabantur . quod nisi Catilina maturascet pro curia signum dare sociis. Eo die post conditam urbem romā tam pessimū facinus patratum foret : quia nondum frequentes armati cōuenerāt. Ea res consilium diremit . Postea piso in citeriorem hispaniam quæstor pro prætore missus est adnitēte . M . crasso: quod eum infestum inimicumq; . Gn . Pompeio cognouerat. Neq; tamē senatus prouintiam inuitus dederat .quippe fadum hominem a . R . P . procul esse uolebat : simul quia boni complures præsidium in eo putabant .Et iā tunc potentia . Gn . P . formidolosa erat . Sed is piso in prouintia ab equitibus hispanis quos inexercitu ductabat iter faciens occisus est .Sunt qui ita dicunt imperia eius iniusta: superba : crudelia barbaros nequiuisse pati : alii autē equites illos .Gn .P.ueteres fidosq; cliētes ex uolūtate eius pisonē agressos : unquam hispanos praterea tale facius fecisse : sed īperia scæua multa ātea perpessos . Nos eā rem imedio relīquimus .De superiori cōiuratiōe satis est dictum .

Atilina ubi eos quos paulo ante conmēoraui cōuenisse uidet: tametsi cū singulis multa sæpe egerat : tamē i rē fore credēs uniuersos appellare :& cohortari:in abditā partem ædiū secessit:atq; ibi omnibus arbitris procul āmotis:orōnē huiuscemodi habuit.Ni uirtus fidesq; uestra spectata satis mihi foret.nequicquam opportuna res accidisset .Spes magna dōinationis i māibus frustra fuisset: neq; ego per ignauiā:aut uana īgenia procertis i certa capta rem . Sed quia multis & magnis tēpestatibus uos cognoui fortes fidosq; mihi:eo animus est ausus maximū atq; pulcherrimū facinus īcipere : simul quia eademq; mihi sunt bona malaq; uobis esse intellexi . Nam idem uelle atq; idē nolle ea demū firma amicitia est . Sed ego quæ animo atq; mēte agitaui omnes iā a me diuersi audistis . Cæterū mihi in dies magis magisq; animus accēditur:cū cōsydero quæ conditio uitæ futura sit:nisi nos metipsos uendicamus i libertatem . Nam postquā .R . P .in paucorū potentiā ius atq; ditionē cōcessit.semper illis reges Tetrarchæ:uectigales esse populi natōnes:stipendia pēdere.cæteri ōnes boni atque strenui:nobiles atq; ignoblies uulgus fuius sine gratia sine auctoritate :his obnoxii: quibus si : R . P . ualeret formidini ēēmus. Itaq; omnis gratia : potentia :honos: diuitiæ apud illos sunt aut ubi illi uolunt . Nobis reliquere repulsis : pericula iudicia.egestatem . Quæ quousq; tandem patiemini o fortissimi uiri : nōne emori per uirtutem præstat :quam uitam miserā atq; inhonestam : ubi alienæ superbiæ ludibrio fueritis :per dedecus amittere: Verū enimuero per deum atq; hominum fidem testor uictoria in manu nobis est : uig& ætas aīmus ual&:contra illis ānis atq; diuitiis ōnia consenuere. Tantū modo incoepto opus est . cætera res ipsa expediet : &enim quis mortalium cui uirile ingeniū est tollerare potest istis diuitias superare quas profundant in extruendo mari & in

mōtibus coequādis ? nobis rē familiarem etiā ad necessaria deesse ? Illos binas aut amplius cōtinuare domos:nobis larē familiarē nusquā ullū esse ? Cum tabulas:signa:torreumata emūt: noua diruūt alia ædificāt . Postremo ōnibus modis pecuniā trahunt uexāt : tamē summa libidīe diuitias suas ne queūt uicere . At nobis domi iopia : foris æs alienū . Mala res : spes multo asperior denique quid reliqui hēmus præter miserā inimā ? Quī igitur expergissimi & capessite . R .P. En illa illa libertas quam sæpe optastis . Præterea diuitie : decus : gloria in oculis sita sunt . Fortūa ea ōnia uictoribus præmia posuit .Res : tempus :pericula :egestas: belli spolia magnifica : magis quā oratio mea uos hortētur : uel impera tore uel milite me utimini .Neque anīus neque corpus a uo bis aberit . Hæc ipsa ut spero uobiscum una cōsul agā:nisi forte animus fallit me : & uos seruire magis quā īperare pa rati estis . Postquā accepere ea homīes quibus mala abūde erāt ōnia : sed neq; res : neque spes bona ulla tāetsi illis qui etam mouere .R . P . magna merces uidebatur :tamē postu lauere plariq; :uti proponeret quæ cōditio belli for& : quæ præmia armis peterent : quid ubiq; opis aut spæi haberent. Tunc Catilina pollicēri coepit tabulas nouas:proscriptionē locupletū : magistratus : sacerdotia : rapinas : alia ōnia quæ bellū atque libido uictorū fert . Præterea esse ī hispania cite riore pisonem in mauritāia cū exercitu . P . scithium nuce rinū cōsilii sui participes : petere cōsulatum cū eo . G . An tonium quem sibi collegā fore sperar& : hōinem familiarē & ōnibus necessitudinibus circumuentum : cum eo se con sule initiū agēdi facturū . ad hæc maledictis īcrepabat ōnes bonos . Suorū unum quemque nōmās laudabat : admone bat : aliū egestatis : alium cupiditatis suæ cōplures periculi aut ignōiniæ suæ : multos uictorie syllanæ:quibus ea præde fuerant : postquā ōnium animos alacres uid& : cohortatus ut petitionem suā curæ haberent :conuentū dimisit . Fuere ea tempestate qui dicerēt Catilinā oratione habita : cum ad iusiurādum populares sceleris sui addicer& : hūani corporis sanguinē uino permixtum ī pateris circūtulisse . Inde cum post execrationē ōnes deguſtassent : sicuti isollēnibus sacris fieri cōsueuit :aperuisse cōsilium suū atq; eo dictā rē fecisse quo fidi magis forēt iter se.alius alii:tāti facinoris conscii . Non nulli ficta hæc & multa præterea existīabāt esse ab his qui Ciceronis inuidiā quæ postea orta est : leniri credebāt atrocitate sceleris eorum qui poenas dederāt . Nobis ea res pro magnitudine parum compta est .Sed ī ea coniuratione fuit .Q . curius natus haud obscuro loco flagitiis atq; faci noribus coopertus : quē cēsores a senatu probri gratia āoue rāt . Huic homini non mior uāitas īerat : quā audatia neq; reticere quæ audierat : neq; suamet ipsa scelera occultare . Prorsus neq; dicere:neq; facere:quicquā pensi habebat. Erat ei cum fulnia muliere nobili stupri uetus cōsuetudo :cui cū minus esset gratus:quia inopia minus largiri poterat repen te glorians ex coniuratione maria montesq; pollicere coepit & minari interdum ferro nisi sibi obnoxia for& :postremo ferocius agitare quam erat solitus . at fulnia insolentia curii causa cognita tale periculum .R .P. haud ocultum habuit . Sed sublato auctore:de Catiline coniuratione que quō audi erat quāpluribus narrauit . Ea res imprimis studia hoīnum accendit:ad consulatum mādatum M.tullio ciceroni .Nāq; ante plæraq; nobilitas īuidia æstuabat & quasi pollui consu latum credebat:si eum quāuis egregius hō nouus adeptus foret . Sed ubi periculum aduenit īuidia atq; superbia post fuere . Igitur cōitiis habitis cōsules declarātur.M.tullius . &. Gn.A . Quod factum primo populares coniurationis concusserat . Neq; tamen Catilinæ furor minuebatur :sed in dies plura agitare:arma per italiā opportunis locis parare :

pecuniam ſuam aut amicorum fide ſumptā mutuo feſulas ad mallium quendā portare:qui poſtea princeps fuit belli faciundi.Ea tempeſtate plurimos cuiuſq; generis homines aſciuiſſe ſibi dicitur . Mulieres etiā aliquot: quæ primo īgē tes tollerauerāt ſūptus ſtupro corporis : Poſt ubi ætas tātū modo queſtui neq; luxriæ modū fecerat : æs alienū grāde cō flauerāt : per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia urbana ſollicitare . Vrbem īcendere .uiros earū uel adiungere ſibi : uel īterficere.ſed in his erat Sempronia quæ multa ſæpe ui rilis audatiæ facinora cōmiſerat . Hæc genere atq; forma : præterea uiro ac liberis ſatis fortunata fuit:litteris græcis & latinis docta.pſallere & ſaltare elegātius quā neceſſe eſt pro bæ mulieri:& multa alia:quæ īſtrumēta luxuriæ ſunt .ſed ei cariora ſemper omnia quā decus & pudicitia fuere . Pecūiæ an famæ minus parceret haud facile diſcerneres:libidine ſic accenſa ut ſæpius peter& uiros quam peteretur.ſed ea ſæpe antehac fidē prodiderat .creditū abiurauerat . cædis conſcia fuerat:luxuria atq; īopia præceps abierat . Verū īgeniū eius nō abſurdū:poſſe uerſus facere.iocū mouere ſermōe uti:uel modeſto uel molli uel procaci . Prorſus multæ facetiæ:mul tuſque lepos ierat. His rebus cōparatis Catilina nihilōinus in proximū ānum conſulatū petebat . Sperās ſi deſignatus for& facile ſe ex uolūtate Antōio uſurum . Neque interea quietus erat ſed omnibus modis inſidias parabat ciceroni . Neque illi tamen ad cauendum dolus aut aſtutiæ deerant . Nāque a principio conſulatus ſui multa pollicendo:per ful uiā effecerat. Q.curius de quo paulo āte mēmoraui conſilia Catilinæ ſibi proderet . Adhoc collegā ſuum ātonium pac tione prouintiæ propulerat :ne cōtra .R . P .ſentiret:circū ſe præſidia āicorum atq; cliētum occulte habebat . Poſtquā dies cōitiorū uēit:& Catilinæ neq; petitio :neq; īſidiæ quas conſuli fecerat proſpere ceſſere : conſtituit facere bellum & extrēa ōnia experiri.quōiā quæ occulte tētauerat aſpera fa daq; euenerāt.Igitur.G .gayū malliū feſulas:atq; i eā partē hetruriæ ſeptimū quēdā cāertē ī agrū picenū .G.Iuliū ī apu liā miſit præterea aliū alio quē ubiq; oportunū ſibi fore cre debat.Interea Rome multa ſimul moliri cōſuli iſidias tēde re:parare īcēdia:oportuna loca armatis hōinibus obſidere . Ipſe cum tælo eſſe .Itē alios iubere hortari uti ſemper ītēti paratiq; eſſent:dies noctesq; feſtinare uigilare : neq; īſōniis neq; labore fatigari .Poſtrēo ubi agitāti nihil procedit:rur ſus itēpeſta nocte prīcipes cōiurationis prouocat.per .M . portium leccā:ibiq; multa de ignauia eorum queſtus doc& ſe ad eā multitudinē mallium præmiſiſſe : quā ad capienda arma parauerat . Item alios ī alia loca opportuna qui initiū belli facerēt:ſeq; doc& ad exercitū proficiſci cupere:ſi prius ciceronem oppreſſiſſet:eum conſiliis ſuis multum officere . Igitur perterritis ac dubitātibus ceteris.G.Cornelius equeſ R .operā ſuā pollicitus :& cum eo .L.uargunteius ſenator conſtituere ea nocte paulopoſt cū armatis hōinibus ſicuti ſalutatum introire ad ciceronē ac de īprouiſo domi ſue īpa ratum cōfodere .Q.curius ubi ītelligit quātum periculum conſuli īpēdeat : propere per fuluiā ciceroni dolum:qui pa rabatur enuntiat : Ita illi ianua prohibiti tātum facinus fru ſtra ſuſceperāt .Interea mallius in Hetruria plebē ſollicitare egeſtate ſimul ac dolore īiurie nouarū rerum cupidā : quod ſylle dōinatione agros bonaq; ōnia amiſerat . Preterea latro nes cuiuſq; generis:quorū in ea regione magna copia erat: nō nullos ex ſyllāis colonis quibus libido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerāt .Ea cum ciceroni nunti arentur ācipiti malo permotus :q; neque urbē ab īſidiis pri uato conſilio longius tueri poterat . neque exercitus mallii quātus aut quo conſilio for& : ſatis compertum habebat : rem ad ſenatū refert iā antea uulgi rūoribus exagitatam .

Itaq; quod plerumq; in tā atroci negotio ſolet fieri ſenatus decreuit:ut darēt operā cōſules nequid .R.P .detrienti ca peret .Ea poteſtas per ſenatum more romano :magiſtratui maxīa permititur:exercitum parare:bellum gerere :coercere omnibus modis ſotios atq; ciues . Domi militiæq; īperium atque iuditium ſummū habere:aliter ſine iuſſu populi nulli earum rerum conſuli ius eſt .Poſt paucos dies . L .ſegnius ſenator in ſeātu litteras recitauit :quas feſulis allatus ſibi di cebat:in quibus ſcriptū erat .C .mallium arma cæpiſſe cum magna multitudīe ante diē ſextum .kl.nouembriū .ſimul id quod ī tali re fieri ſol& : alii portenta:atq; prodigia nunti abāt:alii cōuentus fieri:arma portari capuæ atque in apulia ſeruile bellum moueri .Igitur ſenatus decreto .Q .M .rex feſulas. Q .metel.crecius in apuleā : circumque ea loca miſſi ſunt.namque utriq; ad urbem imperatores erant īpediti:ne triūpharent calumnia paucorū quibus ōnia honeſta & inho neſta uendere mos erat ſed prætores . Q .P.rufus capuā . Q .metel.celer in agrum picenum. Hiſque permiſſum: uti pro tēpore atque periculo exercitum compararent .Ad hæc ſi quis indicauiſſet de cōiuratōne quæ contra rē.p.facta erat pramiū decreuere:ſeruo libertatem &. C. ſextertia. Et ſena tus conſultu libero inpunitatem eius . rei. & ducenta milia ſextertia.Itemque decreuere uti gladiatoriæ familiæ caquam & in cætera municipia diſtribuerētur pro cuiuſque opibus. Romæ per totam urbem uigiliæ haberentur :hiisque mi nores magiſtratus praeſſent . Quibus rebus permota ci uitas: atque inmutata urbis facies erat :ex ſumma lætitia atque laſciuia quæ diuturna quies pepererat: repente omnes triſtitia inuaſit . feſtinare : trepidare . neque loco neque hoī cuiquā ſatis credere:neque bellū gerere:neque pacem habere: ſuo quiſque metu pericula metiri. Ad hæc mulieres quibus rem.p. magnitudine belli timor inſolitus īceſſerat: afflictare ſeſe:manus ſuplices ad coelū tēdere:miſerari paruos liberos. rogitare :ōnia pauere ſuperbia atq; deliciis ōiſſis:ſibi patriæ q; diffidere .At Catiliæ crudelis āimus eadem illa mouebat tametſi præſidia parabātur .Et ipſe lege plautia īterrogatus erat ab.L.paulo .Poſtremo diſſimulādi cauſa:aut ſui expur gādi ſicut iurgio laceſſitus foret in ſenatum uenit .Tū.M. T .conſul:ſiue timens præſentiā:ſiue cōmotus ira:orationē habuit luculentā:atque utilē.R.P.q̄ poſtea edidit ſcriptā : ſed ubi ille aſcedit Catilina ut erat paratus ad diſſimulanda ōnia:demiſſo uultu uoce ſupplici poſtulare patribus coepit: ne quid de ſe temere crederēt:ea familia ortū.ita ſe ab adole ſcentia dicebat uitā iſtituiſſe : ut ōnia bona in ſpe haberent. Ne exiſtimarēt ſibi patritio hōini.cuius ipſius atq; maiorū plurīa benefitia in plebē Ro .eſſent perdita.R.P.opus eſſe cum eā ſeruaret .M.T.inquilinus ciuis urbis .Ro .ad hæc maledicta alia cū adderet obſtrepere omnes:hoſtē & parrici dā uocare . Tum ille furibūdus īquid.quoniā quidem ego circumuētus ab inimicis præceps agor incēdiū meum ruina ueſtra extinguā . Deinde ſe ex curia domū proripuit . Ibi multa ſecū uoluēs :quod neq; īſidiæ cōſuli procedebāt & ab īcēdio itelligebat urbē uigiliis munitā :optimū factu credēs exercitū augere : ac prius q̄ legiones ſcriberētur:multa ante capere ea quæ bello uſui forēt . Nocte intēpeſta cū paucis in malliana caſtra proſpectus eſt . Sed cethego:atq; lentulo cæteriſq; quorū cognouerat prōptā audatiā mādat : quibus rebus poſſent opes factiōes cōfirmēt:īſidias cōſuli maturēt: cædem īcendia aliaque belli facinora parent .ſeſe propediem cū magno exercitu ad urbem acceſſurū . Dum hæc romaæ geruntur . C.mallius ex ſuo numero legatos ad .Q .martiū regem mittit :cū mādatis huiuſcemodi .Deos homineſq; te ſtamur imperator nos arma neq; contra patriā cæpiſſe:neq; quo periculū aliis faceremus:ſed uti corpora noſtra ab iiuria

tuta forent.qui miseri egentes:uiolentia atq; crudelitate foe
neratorũ:plæriq; patria:sed ōnes fama atq; fortũis expertes
sumus.Neque cuiq̃ nostrum licuit:more maiorum lege uti:
neq; ãmisso patrionio liberũ corpus habere:tãta sæuitia foe
neratorũ atq; prætoris fuit.Sæpe maiores nostri miserti ple
bis rõanæ decretis suis iopiæ eius opitulati sũt:ac nouissime
memoria nostra propter magnitudinẽ æris alieni:uolẽtibus
omnibus bonis argentum cõmuni ære solutum est. Sæpe
ipsa plebs aut dominãdi studio permota aut superbia magi
stratuũ:armata a patribus secessit.At nos nõ iperiũ neq; di
uitias petius:quarũ rerũ causa bella atq; certãina ōnia iter
mortales sunt :sed libertatem q̃ nemo bonus nisi cum ania
simul ãmittit .Te atque senatum obtestãur:ut cõsulatis mi
seris ciuibus:legis præsidium quod iniqtas prætoris eripuit
restituatis:neue nobis eã necessitudiem iponatis:ut queraus
quo nã modo maxie ulti sanguinem nostrum pereamus ad
hæc .Q.M . respondit:si quid ab senatu petere uellent:ab
armis discedãt:Romã supplices proficiscãtur . Ea mãsuetu
dine & ea misericordia dicti senatnm &.R.P.semper fuisse
ut nemo unq̃ frustra ab eo petiuerit auxilium .At Catilina
ex itinere plæriq; cõsularibus præterea cuiq; optio litteras
mittit:se dicebat falsis criminibus circumuẽtũ quoniã facti
oni inimicorum resistere nequerit:fortunæ cedere . Massiliã
ĩ exilium proficisci non qno sibi tãti sceleris esset conscius.
Sed uti.R.P.quieta foret:neue ex sua cõtentione seditio ori
retur .Ab his lõge diuersas litteras .Q. Catulus isenatu re
citauit:quas sibi nõine Catilinæ redditas dicebat.Earum ex
emplu m ifrascriptnm est . L. Catilina salutem. Q .catulo.
Egregia tua fides re cognita grata mihi magnis ĩ meis peri
culis:fidutiã cõmendacõi meæ tribuit .Quã ob rem defensi
onem ĩ nouo cõsilio nõ statui parare :satisfactionẽ ex nulla
conscientia de culpa : proponere decreui : quã mediusfidius

uerã hc& cognoscas iniuriis contumeliisq; concitatus:quod
fructu laboris industriæq; meæ priuatus statum dignitatis
non obtinebã .publicã miserorum causam pro mea consue
tudie suscepi . Non qa æs alienũ meis nominibus sumptũ
ex possessionibus soluere nõ possem:cum & alienis nomini
bus liberalitas aureliæ horestillæ suis filiæq; copiis persolue
ret:sed quod non dignos homines honere honestatos uide
bam:meq; falsa suspitione alienatum esse sentiebã:hoc noie
satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conser
uande sum secutus .Plura cum uellẽ scribere nunciatum est
mihi parari uĩ.Nunc Horestillã comendo tuæq; fidei trado
eã ab iniuriis defendas per liberos tuos rogatus aueto . Sed
ipse paucos dies cõmoratus apud.C.flãminũ ĩ agro arrãtio
dum iuuẽtutẽ armis antea solicitatã exornat:cum fascibus
atq; aliis iperii isignibus : in castra ad mallium contendit.
Hæc ubi romæ comperta sunt:senatus Catilinã:& Malliũ
hostes iudicabat.Cætere multidudini diẽ statuit :anteq̃ sine
fraude licer& ab armis discedere.præte rerum capitalium
condemnatis. præterea decernit uti consules delectũ habeãt:
Antonius cum exercitu Catilinã persequ rnatur& Cicero ubi
presidio sit . Ea tẽpestate mihi iperiũ . P .R .multo maxie
miserabile uisum est . Cui cũ ad occasum ab ortu solis ōnia
domita armis parerẽt . domi otium atq; diuitie que prima
mortales putãt: affluerẽt:fuere tamẽ ciues:q; seq; .R .P .ob
stinatis animis perditũ irent . Nãque duobus senatus decre
tis ex tanta multitudine neque premio iductus :cõiuracionẽ
patefecerat neque ex castris Catilie quisquã ōniũ discesserat.
Tanta uis morbi atque uti tabes plerosque ciuium animos
inuaserat. Neque solum illis aliena mens erat:qui conscii cõ
iurationis fuerant . Sed omnino cuncta plebs nouarũ rerũ
studio: Catiline incepta probabat .Id adeo suo more uideba
tur facere .Nam semper ĩ ciuitate quibus opes nulle sunt.

tuta forent.qui miseri egentes:uiolentia atq; crudelitate foe
neratorū:plæriq; patria:sed ōnes fama atq; fortūis expertes
sumus.Neque cuiq̄ nostrum licuit:more maiorum lege uti:
neq; āmisso patrīonio liberū corpus habere:tāta sæuitia foe
neratorū atq; prætoris fuit.Sæpe maiores nostri miserti ple
bis rōanæ decretis suis īopiæ eius opitulati sūt:ac nouissime
memoria nostra propter magnitudinē æris alieni:uolētibus
omnibus bonis argentum cōmuni ære solutum est. Sæpe
ipsa plebs aut dominādi studio permota aut superbia magi
stratuū:armata a patribus secessit.At nos nō īperiū neq; di
uitias petīus:quarū rerū causa bella atq; certāina ōnia īter
mortales sunt:sed libertatem q̄ nemo bonus nisi cum anīa
simul āmittit.Te atque senatum obtestāur:ut cōsulatis mi
seris ciuibus:legis præsidium quod iniqtas prætoris eripuit
restituatis:neue nobis eā necessitudīem īponatis:ut querāus
quo nā modo maxīe ulti sanguinem nostrum pereamus ad
hæc .Q.M. respondit:si quid ab senatu petere uellent:ab
armis discedāt:Romā supplices proficiscātur. Ea māsuetu
dine & ea misericordia dicti senatnm &.R.P.semper fuisse
ut nemo unq̄ fru..ra ab eo petiuerit auxilium.At Catilina
ex itinere plærisq; cōsularibus præterea cuiq; optio litteras
mittit:se dicebat falsis criminibus circumuētū quoniā facti
oni inimicorum resistere nequerit:fortunæ cedere. Massiliā
ī exilium proficisci non qno sibi tāti sceleris esset conscius.
Sed uti.R.P.quieta foret:neue ex sua cōtentione seditio ori
retur.Ab his lōge diuersas litteras.Q. Catulus īsenatu re
citauit:quas sibi nōine Catilinæ redditas dicebat.Earum ex
emplu m īfrascriptnm est. L. Catilina salutem. Q.catulo.
Egregia tua fides re cognita grata mihi magnis ī meis peri
culis:fidutiā cōmendacōi meæ tribuit.Quā ob rem defensi
onem ī nouo cōsilio nō statui parare:satisfactionē ex nulla
conscientia de culpa:proponere decreui: quā mediusfidius

uerā hc& cognoscas iniuriis contumeliisq; concitatus:quod
fructu laboris industriæq; meæ priuatus statum dignitatis
non obtinebā.publicā miserorum causam pro mea consue
tudie suscepi. Non qa æs alienū meis nominibus sumptū
ex possessionibus soluere nō possem:cum & alienis nomini
bus liberalitas aureliæ horestillæ suis filiæq; copiis persolue
ret:sed quod non dignos homines honere honestatos uide
bam:meq; falsa suspitione alienatum esse sentiebā:hoc noīe
satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conser
uande sum secutus.Plura cum uellē scribere nunciatum est
mihi parari uī.Nunc Horestillā comendo tuæq; fidei trado
eā ab iniuriis defendas per liberos tuos rogatus aueto. Sed
ipse paucos dies cōmoratus apud.C.flāminū ī agro arratio
dum iuuētutē armis antea solicitatā exornat:cum fascibus
atq; aliis īperii īsignibus: in castra ad mallium contendit.
Hæc ubi romæ comperta sunt:senatus Catilinā:& Malliū
hostes iudicabat.Cætere multidudini diē statuit:anteq̄ sine
fraude licer& ab armis discedere.præte rerum capitalium
condemnatis. præterea decernit uti consules delectū habeāt:
Antonius cum exercitu Catilinā perseq̄ matur& Cicero ubi
presidio sit. Ea tēpestate mihi īperiū. P.R.multo maxīe
miserabile uisum est. Cui cū ad occasum ab ortu solis ōnia
domita armis parerēt. domi otium atq; diuitie que prima
mortales putāt: affluerēt:fuere tamē ciues:q̄ seq; .R.P.ob
stinatis animis perditū irent. Nāque duobus senatus decre
tis ex tanta multitudine neque premio īductus:cōiuracionē
patefecerat neque ex castris Catilīe quisquā ōniū discesserat.
Tanta uis morbi atque uti tabes plerosque ciuium animos
inuaserat. Neque solum illis aliena mens erat:qui conscii cō
iurationis fuerant. Sed omnino cuncta plebs nouarū rerū
studio: Catiline incepta probabat.Id adeo suo more uideba
tur facere.Nam semper ī ciuitate quibus opes nulle sunt.

bonis iuident:malos extollunt:uetera odere:noua exoptāt:
odio ſuarum rerum maturi omnia ſtudent . Turba atque
ſeditionibus ſine cura aluntur:quoniā egeſtas facile habetur
ſine dāno.Sed urbana plebs ea uero præceps erat multis de
cauſis:primū ōnium q ubiq; probro atq; petulātia maxime
præſtabāt .Item alii qui per dedecora amiſſis patrimoniis.
Poſtremo omnes quos flagitium aut facinus a domo expu
lerat:hi romā ſicut aqua i ſentinā cōfluxerāt.Deinde multi
erāt memores ſyllanæ uictoriæ:quod ex gregariis militibus
alios ſenatores uidebāt :alios ita diuites :ut regio uictu atq;
cultu ætatem agerēt:ſibi quiſq; ſi in armis foret:ex uictoria
talia ſperabat . Præterea iuuentuſq; in agris manuū mercede
īopiā tollerauerat priuatis atq; publicis largitiōibus excita:
urbanū otium ingrato labori prætulerat . Eos atque alios
omnes malū publicum alebat . Quo minus mirādū eſt hōi
nes egentes:malis moribus maxīa ſpe . R .P . iuxta ac ſibi
conſuluiſſe . Præterea quorum uictoria Syllæ proſcripti par
entes & bōa erepta & ius libertatis īminutū erat.haud ſane
alio animo belli euentum expectabāt . Ad hoc quicumque
aliarū partium atque ſenatus erāt:conturbari . R .P . quā
mīus ualere ipſi malebāt . Ideo malū priſtinū multos poſt
ānos in ciuiātē reuerterat .Nā poſtq̄.Gn.pompeio &.M.
craſſo conſulibus tribunitia poteſtas reſtituta eſt.homines
adoleſcentes ſummā poteſtatē nacti quibus ætas animuſque
ferox erat:coepere ſenatū criminādo plebē exagitare deinde
largiendo:atque pollicendo magis īcendere ita ipſi clari po
tenteſque fieri : Contra eos ſumma ope nitebatur plæraque
nobilitas ſenatus ſub ſpetie:pro ſua magnitudine.Nāq; uti
paucis uerum abſoluā:poſt illa tēpora quicumque .R . P .
agitauere honeſtis nominibus alii ſicuti populi iura defende
rent pars quo ſenatus auctoritas maxīa for&:bonū publicū
ſimulātes:pro ſua q̄ſq; potētia certabat. Neq; illis modeſtia:
neq; modus contentionis erat .Vtriq; uictoriā crudeliter ex
ercebāt .Sed poſtq̄ .Gn . Pompeius ad bellum maritium :
atq; mitridaticum miſſus eſt:plebis opes īminuta:paucorū
potētia creuit.Hi magiſtratus prouītias:Aliaq; ōnia tenere
ipſi innoxii florentes ſine metu ætatem agere .Cæteroſq; iu
ditiis terrere:quo plebem ī magiſtratu placidius tractarēt .
Sed ubi primū dubiis rebus nouādis ſpes oblata eſt : uetus
certamen animos eorum arrexit .Quod ſi primo prælio Ca
tilina ſuperior aut equa manu diſceſſiſſet :profecto magna
clades atque calamitas .R .P .oppreſſiſſet .Neque illis qui
uictoriā adepti forent diutius ea uti licuiſſet .q̄n defeſſis &
exſanguibus q̄ plus poſſet īperiū atq; libertatē extorquer&.
fuere tamē extra cōiurationē cōplures q̄ ad Catilinā ī initio
profecti ſunt . In his erat fuluius ſenatoris filius quem re
tractum ex itinere parens necari iuſſit.Iſdem tēporibus Ro
mæ Lentulus ſicuti Catilina præceperat:quoſcūq; moribus
aut fortūa nouis rebus idoneos eſſe credebat:aut per ſe aut
per alios ſolicitabat .Neque ſolum ciues ſed cuiuſcūq; mōi
genus hominum quod mō bello uſui for& .Igitur .P. Vm
breno cuidā negotium dat:uti legatos allobrogum roqrat:
eoſque ſi poſſet īpellat ad ſocietatē belli:exiſtimās publice
priuatique ære alieno oppreſſos.præterea quod natura gens
gallica bellicoſa eſſet .facile eos ad tale cōſiliū adduci poſſe.
Vmbrenus qui in gallia negotiatus erat:plæriſq; cōſulibus
ciuitatum notus erat atque eos nouerat . Itaque ſine mora
ubi primū legatos ī foro cōſpexit percōtatus pauca de ſtatu
ciuitatis & quaſi dolens eius caſum requirere coepit :quem
exitum tātis malis ſperarēt . Poſtq̄ illos uidet queri de aua
ritia magiſtratuū acuſare Senatum :quod in eo nihil auxilii
eſſet ſuis miſeriis remedium expectare mortē .at ego inquit
oſtendā uobis rationem ſi modo uiri eſſe uultis : qua tanta
mala iſta effugiatis. Hæc ubi dixit: allobroges in maximam

ſpem adducti Vmbrenum orare ut ſui miſereretur:nihil tã aſperum nil tam difficile eſſe:quod non cupidiſſime facturi eſſent.Dũ ea res ære aliẽo ciuitatẽ liberaret.Ille eos ĩ domũ. D.bruti perducit:q̃ foro propinqua erat.neq̃ aliẽa cõſilii: propter Sẽproniã .Nã tum Brutus Roma aberat.præterea gabiniũ arceſſit:quo maior auctoritas ſuo ſermoni ineſſet. Eo præſente cõiuracionẽ aperit nõinat ſocios: præterea multos cuiuſq̃ generis ĩnoxios quo legatis ãimus ãplior ieſſet. Deĩde eos pollicitos operã ſuã domũ dimittit. Sed allobroges diu ĩ ĩcerto habuere quid nã conſilii caperent. In altera parte:erat æs alienum: ſtudium belli: magna merces in ſpe uictoriæ. At in altera maiores opes: tuta conſilia:pro ĩcerta ſpe certa præmia. Hæc igitur illis uoluẽtibus tãdẽ fortũa uicit.R.P.itaq̃ .Q. fabio ſange cuius patrocinio ciuitas plurimũ utebatur:rẽ omnẽ uti cognouerãt aperiũt. Cicero per Sangã cõſilio cognito:legatis præcepit: ut ſtudiũ cõiuratõis uæhemẽter ſimulẽt:cæteros adeant. bene polliceãtur. Dẽtq̃ operam uti eos q̃maixme maĩfeſtos habeãt.hiſdẽ feretẽporibus in gallia citeriore atq̃ ulteriore.Itẽ ĩ agro picẽo: brutia:apulia motus erat.Nãq̃ illi quos antea Catilĩa dimiſerat:inconſulte ac ueluti per demẽtiã cuncta ſimul agebãt: nocturnis conſiliis armorũ atque telorum portationibus feſtinãdo exagitãdo õnia plus timoris q̃ periculi effecerãt.Ex eo numero complures. Q. metellus celer prætor ex ſociis Catilĩæ cauſa cognita ĩ uĩcula cõiecerat.Itẽ ĩ citeriore galiia C. murẽa.q̃ ei prouĩtiæ legatus præerat.at Romæ Lẽtulus cũ cæteris q̃ prĩcipes cõiurationis erãt.paratis ut uidebatur magnis copiis cõſtituerat:uti cũ Catilĩa ĩ agrum feſulanum cum exercitu ueniſſet. L. beſtia: Tri.Ple.cõtione habita cõquereretur de actionibus Ciceronis belliq̃ grauiſſimã iuidiã optĩo conſuli ĩponeret.Eo ſigno proxĩa nocte cætera multitudo cõiuratiõis ſuũ q̃ſq̃ negotiũ exequeretur.ſed ea diuiſa

hoc modo dicebãtur.Statilius & gabinius uti cum magna manu duodecĩ ſimul opportuna loca urbis incenderẽt:quo tumultu facilior aditus ad conſulem cæteroſq̃ q̃bus ĩſidiæ parabãtur fieret.Cethegus Ciceronis ianuã obſideret.Eũq̃ ui aggrederetur.Alius autẽ aliũ.Sed filii familiarũ quorũ ex nobilitate maxĩa pars erat:parẽtes ĩterficerẽt:ſimul cæde & incendio perculſis õnibus:ad Catilinã erumperẽt.Inter hæc parata atq̃ decreta cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorum:illos dubitãdo:& dies prolatando magnas opportunitates corrũpere:facto non cõſulto ĩ tali periculo opus eſſe.ſeque ſi pauci adiuuarẽt lãguẽtibus aliis ĩpetum ĩ curiã facturum.Natura ferox:uehemẽs:mãu prõptus erat. maximum bonum in celeritate putabat. Sed allobroges ex præcepto Ciceronis per gabiniũ cæteros cõueniunt.ab lentulo cethego:ſtatilio itẽ caſſio poſtulãt iuſiurãdũ q̃ ſignatum ad ciues perferãt.aliter haud facile eos ad tãtum negotium impelli poſſe.Cæteri nihil ſuſpicãtes dant.Caſſius ſemet eo uẽturũ breui pollicetur.ac paulo ãte legatos ex urbe proficiſcitur.Lẽtulus cum his Titum uolturcium quendã Crotoniẽſem mittit.ut allobroges priuſquã domũ pergerẽt cum Catilĩa data atq̃ accepta fide ſocietatẽ cõfirmarẽt.Ipſe uolturtio litteras ad Catilinã dat.quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

Vi ſim ex eo quẽ ad te miſi cognoſces.fac cogites in quãta calamitate ſis:et memineris te uirum eſſe.

Conſideres quid tuæ rationes poſtulẽt:auxilium petas ab õnibus etiã ab ĩfimis.Ad hæc mãdata uerbis dat:cũ ab ſenatu hoſtis iudicatus ſit:quo conſilio ſeruitia repudiet. In urbe parata eſſe õnia quæ iuſſerit:ne cunctetur ipſe propius accedere.His rebus ita actis:conſtituta nocte qua proficiſcerentur: Cicero per legatos cuncta edoctus.L.Valerio Flacco &.C.Promptinio Prætoribus imperat:ut in ponte

